PS. EUSEBIUS CREMONENSIS. PS. AUGUSTINUS. PS. CYRILLUS HIEROSOLYMITANUS. ISIDORUS HISPALENSIS

Salzburg, 1470 Seite 98v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8135
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

inermes tam repentinus interitus ne
nos penitere viciorum contingat dum
tempus inest quia postmodum penitencia
foret frustra. Vt igitur christianus tan-
te ruine ludi procul effugeat nefas im-
mo ut omni memoria deleatur. Exempla
alia quedam que breuius potero subrogabo :
In Samaria quidem cum nondum exple-
tis diebus duum miser quidam lu-
dens quasi omnia que habere poterat
consumpsisset glorioso cepit hieronymi
nomen ausu temerario blasphemare.
Quem nefanda blasphemie vix finien-
tem verba ludentibus et stupentibus cunctis
mox e celo veniens fulmen interemit
Tribus aliis in Tyro ludentibus
hoc accidit quod enarro. Cum enim
illi suum vellent incipere ludum ut
hii qui se hoc ab eisdem audisse et totam
rei seriem se vidisse fatentur. Et referunt
sic dixerunt. Quamuis potens existe-
ris hyeronyme quia te inuito ludum
istum alacriter finiemus. Hiis ita dictis
sinistre inceperunt ludum quoquidem premor-
tuato quasi uno elapso instanti se terra
aperiens illos solum absorbuit. ita ut
nil ex eis amplius fuerit visum
Sequitur aliud exemplum :